

7

Caluinismus

HEIDELBER-
GENSIS.

DIALOGVS.

NEMESISVS ET AGATHO.



Anno recuperatæ per Christum salutis,

M. D. XCIII.

Calvinismus Heidelbergensis.

DIALOGVS.

NEMESIUS ET AGATHO.

N. Unde es quò Agatho?

A. Ex Palatinatu inferiore in Saxoniam à Nemese.

N. Mira narras.

A. Quid ita?

N. Vix ante menses quinq; si rectè memini, ex patria VVitebergam te contulisti, ex quo oppido quid te ad Rhenum attraxerit, perquam scire velim.

A. Scies, si tacere queas.

N. Quidni queam? Omnes muti loquentur prius hoc quàm ego.

A. Audi Nemese es cela.

N. Celabitur, quod dixeris. Sed quem metuis Agatho, quando a deo religiose tecum de silentio agis?

A. Mirum, ni ipse coniectas.

N. Dissimulare nequeo, age dic quod rogo.

A. Non audeo. Vis prohibet. Et iratos formidare fas est.

N. Sphynxi huic Oedipus opus sit. Ediffere quæso libere, quæ percontati fuimus. Taciturnitatem spondeo ὀμνεύω,

οἷδα μὲν οἶον ἐμὸν μὲν ἔμπεδον ἢ ὄπισθεν

ἔξω δ' αἰς ὄρε πρὸς ἑσπέρην λίθον ἢ σιδῆρον.

A. Quos metuam dixi, et si fortasse obscurius. Nunc accipe excursionis causam. Cum primum VVitebergam veni, res ibi valde turbatas offendi ex recente mutatione, quæ obitum Christiani Electoris secuta est. Concertationes frequentes non tantum verborum, sed etiam verberum erant inter studiosos de Controversiis Ecclesiasticis, et imprimis de professoribus iis, qui vel dimissi propter subscriptionem recusatam alio abierant, vel propter eandem reuocatam et publicè nomine impietatis condemnatam retenti custodiebantur, atque etiamnum custodiuntur, breui ut spero, et animus auguratur, dimittendi. Alij eos laudare, alij vituperare, ego in utramq; partem, quippe hostes et omnium rerum rudis, me integrum seruare. Ac studiosorum sane rixæ tolerabiles. Nam et a modestioribus facile componebatur, et intra priuatos parietes consistebant. In templis longè alia ratio erat. Nam in his multo atrociora audiri, tertio quoq; verbo Calviniani, Zuingliani, Sacramentarij nominari non sine horribili execratione et hominum et dogmatum. De hominibus ita loquebantur, quasi o-

Maledictio.



N

Vbiquita-
riorum
supplu.

omnia diuina atq; humana iura nefariis polluerēt sceleribus, indigni, quos terra ferat, aër afflet, aqua vehat, sol aspiciat, paricidis & maleficis longè deteriores, non insani sed furiosi, non mendaces sed periuri, adolescentū pernicies, fraus populi, seditiosi, perfidi, crudelos, nihil humani præter speciē habentes, hypocrite, subtristes, ab omni honesta hilaritate alieni, cerimoniarum piarum hostes, turbulenti, proditores, leues, insolentes, arrogantes, superbi, impij, profani, cum quibus in foro nemo frangi consistere audeat: qui constiterit eū culpari, conspui, ignominia notari. Addebantur & hæc, nullum esse propemodum ordinē, qui de Calvinianis secus quàm de teterrimis religionis Christiana hostibus opinetur, qui eosdem non oculis fugiat, auribus respuat, animo aspernetur, voce detestetur, recordatione denique ipsa Zuinglianismi perhorrescat. Hæc & multò plura de hominibus.

N. Hui plura? Agatho.

A. Plura ò Nemesi, immo si ante lucem ire occipias à primo maledicto, concubium noctis sit priusquam ad postremum peruenieris.

N. Iocaris, ut video, comicè.

A. Iocor equidem. Sed ridentem dicere vera, quid vetat?

N. De hominibus satis. Dogmata Calviniana audire lubet, nisi molestum est. Nam ex his, ut mea coniectura fert, conuitorum superiorum cumulus nascitur.

A. Falleris Nemesi, & in eodem errore versaris quo mihi alij. Non enim ex doctrina Sacramentariorum, ut vulgo loquuntur, odij illius atrocitas, & insectationum acerbiorum, sed ex erroribus, qui impudentissimè & mendacissimè, ut paulo post liquido ipse deprehendi, & tu, si voles, audies, illis affinguntur. Atq; hæc præcipua causa fuit, redeo enim eò unde digressus sum, mea in Palatinatum excursio nis. Audiens enim quotidie ad nauseam ferme iterari conuitia illa, quorum vix millesimam partem paulo ante recensuimus. Audiens etiam Calvinianis eas blasphemias attribui, quarum vix Turca, vix Iudæi insimulari possint: hæc inquam audiens primum cum contubernali meo, qui aliquot annis Viteberga vixerat, & diligenter professores & doctores Calvinianos appellatos audierat, amicè de iis omnibus, quæ publicè commemorata fuerant, contuli, quas iniquè, quales ipse cognosset præceptores Calvinianos: Respondit, Sibi visos esse viros bonos, doctos, moderatos, officij diligentes, in victu cultuq; frugales, erga oēs humanos, nō superbos, non vinosos, nō cōtentiosos, in doctrina sinceros.

N. Contubernali tuo ita visi sunt, Agatho. Sed vulgus cininum, ut scis, longè aliter sentit, quibus Pierius nimis macilentus visus, & nequam

tiquam vel nitore corporis, vel vocis suauitate conferendus cum iis quorum proceritatem & formam etiam puella patricia admirata auream eorum effigiem de collo suspensam gestant, vel ut amuletū, vel ut ego puto cem unguis amoris, quo præsentem complexa fuerit. Sed quid rides?

A. Recordor ex sermone tuo eorum, quæ nuper adeo in nuptiali quodam conuiuio dicta fuisse perhibentur, studiosos scilicet Calvinianos cum suis causis Macedonicis haudquaquam comparandas esse cum Lutheranis, illos parcè vinere, parcè bibere, pota aliquot in foro commercari, inde sitim restringere: hos longè hilariores & liberaliores esse: absq; his esset, multum sibi acida cereuisia in cellis reliquum fore. Vides Nemesi, quibus rebus vulgus veritatem religionis metiatur suis nimirum commodis. Sed redeo ad contubernalem meū. Hic anima aduertens sibi à me non multam haberi fidei, suspicante præterea ex affectione quadam erga præceptores, & opinione anticipata proficisci, auctor mihi fuit, ut, quando summu meorum ratio facile ferret, ipse adiret ea loca, in quibus omnium, de quibus dubitarem, & auribus & oculis testis esse possem. Non displicuit consilium, & tertio die post comites nactus, quos volebam, in viam me dedi, & resti Heidelbergam, tanquam ad primariam Calvinianorum sedem, contendendi. Frankfurto egressus posteaquam territorium Palatinatus attingi, totus (dicendum enim verum est) horruī, tremuiq; quod monstra quadam hominum me visurum arbitrarer. In pagis & oppidis cum nihil insolens offerretur oculis, sed idem ferme habuiss, idem sermo, iidem mores, ad metropolin properandum mihi duxi, quo ut veni, extemplo in hospitium cuius in signo ceruus, diuertī, in quo cum viderem plures mensas stratas, quid rei esset, ex hospite quæsiui. Respondit ille, iam iam affuturos conuiuas nuptiales. Hinc enim morem esse aiebat in Palatinatu, ut in publicis hospitij eiusmodi festiuitates celebrentur, singulis conuiuiis tantum pro potu & cibo numerantibus, quantum ex aquo hospes & sponsi propinqui soluendum esse statuerint. Addebat certum etiam consuetudinum numerum legibus præscriptum, quem si quis augeat, confestim à magistratu multari, cuiuscunque ille ordinis sit, summo Electoris consilio excepto.

N. Morem memoras laudabilem quem apud nos introduci optè, propter non necessariam summu professionem, in nuptialibus epulis usurpari solitam, non sine maximo priuatorum hominum incommodo.

A. Ita est ut dicis. Sed audi reliqua. Prandij iam hora aderat, cū in superiori loco stans sponsum cum suis è templo egredientem conspi-

Pierius
qualis col
latus com
Doctolib.
Vbiquita-
riis.

Discrimen
inter Lu-
theros & Cal-
uinianos,

In Palati-
natu eadē
forma ho-
mines qua
alibi.

Festiuitas
nuptialis
in Palati-
natu quo-
modo ce-
lebratur.

cor sine tibiis & tympanis, sine pādura & testudine, tāto silentio quasi ad sacra, non ad epulas itarent. Mirum hoc mihi visum, & causam percontanti ob quam nulla in pompa illa adhiberentur instrumenta Musica, responsum est ab astante, rem non esse magni momenti, ideo a plerisque, omitti, ab opulentioribus interdum assumi, qui genus illud hominum humoris avidum, irrigare largiter queant. Ad ades ut peruentum, ad coenaculum superius, in quo & ego eram, scalis hospites ascenderunt, ingressiq; modeste & ordine assederunt, ita ut honorationibus, quemadmodū apud nos fieri solet, oēs dē pleu tribuerentur, cibo appposito preces habita, conuiuia inter se fabulari, hilariter vesci, poculis se mutuo inuitare. Ego mecum, nihil inquam adhuc noui video. Aderant nonnulli ex professoribus, atq; etiam ex ministris Ecclesiae, ut referebat is, qui mihi & aliis quibusdam peregrinis in mensa seorsim parata assidebat. Multum illi verborum facere de rebus Gallicis, de Belgicis, de bello Alsatico, de misero & perturbato statu Imperij, de tristi Ecclesia oppressione. Et si enim non satis exaudiebam, qua loquerentur, sermonis tamen non fallebar, cui dissimulanter operam dabam. Quidam ex illis literas VViteberga ad se missas satis clarè legere, in quibus in extremis hoc erat additum: Nihil noui habeo. Nam Hunio ades perquam lautas donatas esse iam pridem memini ad te scribere. Similes vel elegantiores expectat Huberus etiam si extrudendus terrore aliquo iniecto sit dominus harum, Calviniani ministri filius. Vides quanti hic aestimentur sophismata gallinacea, & mendacia Heluetica exquisitis calumniis condita, Adiuuxi hisce orationem ab eodem Hubero habitam, cuius ἀνάλογοι vestris commendando propter singulare artificium non cuius obuium. Hunius modo abest, & ut perhibent Lipsia in edibus questorum arariorū principalibus nescio quid sculpturit contra Calvinianos. Alacriorem credo ipsum ad elaborationem reddet nummorum argenteorum tintinus. His lectis nemo erat quin rideret, nemo quin orationem illam Huberi sibi communicari peteret. Interea nescio unde prodit fidicentum tibicine, delectant conuiuas quantum possunt. Prandio finito, gratiisq; Deo & hospitibus actis maior pars inuitatorum discedere, pauci apud puellas & matronas remanere, ut saltationū ineptis interessent, quas errant qui planè negant Heidelbergae usurpari. Ego iterum mecum, Nihil sane adhuc diuersi à nostris moribus conspicio. Paululum moratus progredior in forum, video ementes vendentes nō secus ac apud nos. Sed pretium omnium rerum, pisciculorum, carnum, olerum carius quam apud nos, librorū item, quod quis miretur, ut ex indicatione apparebat.

Musici.

Caluiniani edunt & bibunt sicut alij homines.

*

Caluiniani nonnulli choreis intertunt. Inter Calvinianos cōtiactus vsitari ut apud alios,

N. Ad-

N. Aderatne tum Heidelbergae Elector.

A. Aderat: & forte fortuna ad Tabularium (vulgo Cancellariam vocant) accefferam, cum è consilio egrederetur, quo quotidie ventitare solet, ut ipse publicis deliberationibus interfit, princeps & animi & corporis dotibus florentissimus, cuius pia munificentia nisi subueniret exulibus, multorum fortuna eò redigerentur, ut vnde familias miseris alerent, non haberent. Multos ibi offendi è Misina eiectos, quibus omnibus primum de victu liberaliter prospexit, deinde spes facta vocationis ad functionem aliquam, cui quisque pro sui ingenij modulo utiliter praesse posset.

N. Elector Fridericus III.

N. De vita Electoris habes aliquid dicere?

A. Habeo. Nam eo animo Heidelbergam veni, ut & in maxima & in minuta curiosè inquirerem. Post matutinas preces & lectione capitis è bibliis sacris descendit ex arce ad locum Consilij publici, in eòq; commoratur vsque ad horam prandij. Ius qua aequitate & religione dicat, vel Pontificij testari possunt. Aula ipsa exemplū sobrietatis & frugalitatis. Nec mirum, cum principe adolescente nihil sit temperantius, nihil castius, nihil sanctius. Pietatis argumenta luculentā, concionum frequentatio, & sacramentorum vsurpatio. Singulis mensibus eo die, qui publicis consecratus precibus est, ipse senatum Ecclesiasticum finita concione adit. Ex senatus subiectione ea precipit & expediri mandat, qua vel ad exulum subleuationem, vel ad totius Ecclesiae commodum spectare videntur. Academiam prolixè fouet. Indicio est accessio recens, qua eorum inopia, qui in contubernio degunt, consulitur. Jam ut etiam corporis ratio habeatur, ex consilio medicorum, non raro in vicinas arces excurrit venandi causa, aut domi ludis equestribus, aliisq; exercitiis valetudini conducentibus vacat. Nihil etiam in his credo est, quod à reliquorū principum moribus discrepet. Idem possum de Academia dicere. Professores ut VViteberga & alibi, in praelegēdo assidui sunt & diligētes. Ex studiosis similiter ut apud nos fit, alij docentes audiūt: alij sed tamen pauciores, otiosi vagātur interdū, aut noctu discurrūt benè poti. Atq; ne sic quidē discrimē aliqd potui deprehendere, nisi fortasse hoc, qd accuratius inquirunt, & grauius animaduertit in eos, qui cōtra leges deliquisse visi sūt.

Vita Electoris Friderici I. V. qualis.

In Calviniana Academia idē fit, quod in aliis,

N. Mira narrari audiui de disciplina Calviniana, quam Ecclesiasticam sunt qui vocant. Velim de hac etiam aliquid addas paucis non longos logos. A. De hac ut certi mihi aliquid constaret, vnum ex ministris adij. Res autem sic se habet. Ex praescripto doctrina Apostolica presbyteri constituuntur in omnibus Palatinae Ecclesis, tanquam censesores vita, morumq; & si opus sit,

De disciplina Calviniana Ecclesiastica.

doctrina. Heidelbergae eliguntur illi ex omnibus ordinibus. Inter sunt aulici, Academici, senatores, ciues ex omnibus ferme tribus aliqui. Hi semel in septimana conueniunt, & de iis, quae ad Ecclesiae adificationem pertinent, deliberant, praeside vno ex Ecclesiae ministris. Si qua admissa ab aliquo comperiuntur, quae alios offendere & Ecclesiam deformare possunt, reus vel per amicum & familiarem, vel si nullus est, per ministrum Ecclesiae monetur de hac ipsa delatione, & si factum fatetur, humanissimis verbis rogatur, ut deinceps quantum fieri possit, ab eiusmodi delictis se abstinere. Quod si ille vel contemptu vel obliuione fraternae castigationis ad eundem, ut dicitur, lapidem offendet, ex presbyterij decreto vel duo vel tres ablegantur, qui acriore oburgatione utantur, addita comminatione fore, ut si tertio redeat, ad presbyterij plenum confessum vocetur: cuius tandem seueritate si nihil proficitur, reus, si delicti ratio poscit, magistratus indicatur, ut ille statuatur, quod ex usu & Ecclesiae & Reipub. esse videatur. In his omnibus quid impietatis & profanitatis lateat, ego non dispicio.

In disciplina Caluiniana nihil impietatis. Caluinianerrantes humaniter erudiunt, non exilio multant, non probris & contumeliis afficiunt.

N. Neg, ego Agatho. Sed ad mores & vitam hac spectare videtur. Quid sit in doctrina?

A. Errantes eadem humanitate reducuntur in viam. Dissidentes iubentur placide rationes opinionis suae exponere. Haec si falsa sunt, ex verbo Dei refutantur, inungiturque singulis, ut frequenter inuicem ter sint concionibus, & si qua occurrunt, de quorum veritate dubitet, ministros ipsos adeant, libere causas indicent, ob quas assentiri nequeant. Respondent ministri modeste, accuratius, si quid obscure dictum est, explicant, nec in sententia perseverantes damnant, sed ad preces ardentes cohortantur, quibus impetrent veritatis cognitionem, ad quam alij citius vocantur, alij tardius.

N. Recte hac & ordine mihi fieri videntur, ut refragentur omnes Misenses & Saxones. Sed memini me audire aliquid quasi per nebulam de conuentibus ministrorum. De his velim erudias me, si qua ex aliis audiuisti?

A. Grauius & piis de causis & illi instituti. Nam & in doctrina & in vita sincerose & integros praesent necesse est, cum intelligant, sibi singulis ferè mensibus viriusque rationem reddendam esse. Prosunt etiam illae congressiones ad concordiam retinendam, & ad rudiores (neg, enim omnes pares esse possunt) tum instituendos tum confirmandos. In moribus ministrorum corrigendis hac via proceditur, ut leuibus erratis, neg, ad offensionem publicam emergentibus, vel ignoscatur praesertim si reus deus aliqua eadem excuset: vel verborum medi-

medicina adhibeatur, & quidem talis, quae a credine sua mordeat. Nam si delicta offerantur grauiora & notiora, quam ut dissimulari possint, eorum cognitio ad senatum Ecclesiasticum relegatur, qui aequali lance omnia pensans meritas poenas singulis irrogat, vel remouendo reos, vel alio transferendo, si culpa infirmitatis videatur, non improbitatis. Haec ferme sunt, quae ab hominibus in Palatinatu geruntur, & quidem extra templa, quae si lubet ingrediemur examinaturi tum ritus, tum doctrinam Caluinianorum.

N. Ingredere tu Agatho. Ego ad fores subsistam metu contagij, quo aiunt nostri Theologi, repente infici, qui pedem intrò tulerint.

A. Ludis ut soles. Sed aduerte animum. Iam enim ad ea deuentum, in quibus cardo, ut dicitur, rei vertitur. De ritibus primè aliquid dicam, & quidem breuiter, cum Caluiniani paucissimis utantur. Ad conciones cum conueniendum est, signum aramento datur, ut apud nos die dominico post horam septimam, die Mercurij & Veneris ante septimam: ubi multitudo confluit, huiusmodi concinuntur pij, vel à Luthero compositi, vel ab alijs, vel etiam Psalmi Davidis à Lobwasserò in vernaculam linguam translati, nullis interpositis organis Musicis, nulla symphonia, quod haec ad oblectationem potius epularum inuenta videantur, quam ad adificationem Ecclesiae, in qua omnium non paucorum ratio habenda. Quotuisque enim est, praesertim ex vulgo, qui intelligat quid in concentibus illis quatuor vel plurium vocum contineatur, cum Latina pleraque sint, quae notulis subiunguntur, atque ita efferantur, ut vix astantes assequi possint. Iam quod de harmonia diximus, multo magis locum habet in instrumentis Musicis, quae follibus appositis inspirantur. Atque phonaecis illis & Musicis nonne verbo tantum vno mutato dici illud Paulinum possit? ἡμεῖς μὲν κελῶς ἀείδετε, ἀλλ' ὁ ἕτερος ἐκ οἰκοδομῆται, id est, Vos quidem belle canitis, sed alius non edificatur. Oda finita concio ad populum habetur, & seruata libertate Christiana vel Euangeliorum partes pro more die dominico explicantur, ut Heidelbergae & in plerisque locis Palatinatus observari solet, aut integra historia Euangelica & epistola aliqua Apostolica, ut Neostadij sit, & alibi, quae posterior ratio multis numeris priori praestat, nisi contendendi studio affirmare velimus digitum vnum praestantiorum esse toto corpore. Quod de Euangelis dico, etiam de epistolis intelligi volo.

N. Cum res ita se habeat, quid sit, ut Heidelbergae non idem fiat, quod Neostadij?

A. Libertati aliquid datur Christiana, & multo plus consuetu-

De ritibus Caluinianis. Caluiniani etiam vtuntur campanis vt alij. Caluiniani etiam Lutheri odas, quod quis miretur, concinunt. Caluiniani symphoniacis non vtuntur in templis, neque etiam organis Musicis. Conciones Caluinianorum.

dini inueterata, cuius tyrannica propemodum vis est. Sed pergo ut accipi. Post concionem similiter, ut ante, accini aliquid solet. Sed breuiter, atque ita benedictionis verbis visitatis à ministro pronunciatum disceditur. Meridie Catechesis explicatur succincte pueris & puellis, à quibus etiam recitatio exigitur, hora pomeridiana tertia luculente & enucleate natu grandioribus. Diebus Lune Martis, Iouis nulla habentur conciones ordinaria: preces tamen matutina & vespertina recitantur premissa lectione capituli ex veteri & nouo Testamento, cum admonitione breui de precipuis doctrinis, quæ in illo continentur. Die Mercurij hora septima conuenitur, ut & die veneris, quo tempore veteris & noui Testamenti scripta integra proponuntur & enodantur. Verbi causa liber Job, Euangelista Ioannes, propheta Esaias, iam singulis mensibus die Mercurij Calendas sequentem publicis destinatum esse precibus ex superioribus intellexisti.

Feriaz Calvinianorum N. intellexi. Sed cur retices de feriis, an quia nulla sunt in Ecclesiis Calvinianis.

A. Sunt aliqua, sed non tam crebra quam apud pontificios & horum amulos. Retinentur solennes illæ, Natalis Domini, paschatis, pentecostes, Ascensionis. Retinentur ex aliis tantum Dominicales, & quidem ad stipulante Lutero, qui Tomo 7. VVneb. fol. 364. a. ita scribit: Nos VVisebergensium tantum diem Dominicalem cogitamus feruari, & cum dies festus est nostri Domini, sanctorum ferias prorsus abrogatas esse debere statuimus, &c.

De feriis Calvinianis idem sentiunt quod Lutherus. Sacramentorum administratione apud Calvinianos qualis

N. Satis de his. Accede ac Sacramenta. A. Ad sacramentorum administrationem quod attinet, simplicitate contenti sunt. Apostolica, quod tutius putent esse & rectius Deum autorem sequi quam homines. Ad baptismum aqua adhibetur à nullo sacrificio incantata, vel saxo excavato inclusa. Adhibentur verba institutionis omisso exorcismo, sale, sputo, cereo & aliis ineptiis à superstitione temere assutis, quæ quia præcepto & verbo Dei destituuntur, facilius reiciuntur quam defenduntur. Ad Cænam quod attinet, administratur illa quotannis in diuersis templis, diuersis etiam temporibus, in singulis templis quinquies vel sexies. Octiduo ante administrationem publice monentur ij, qui ad mensam Domini accedere volunt, ut diligenter se præparent, probentque. Auricularis confessio nulla præcedit sed publica, quæ sequitur concionem pridie quam synaxis celebratur, habere solitam, in qua de vero usu Sacramenti erudiuntur homines, addita demonstratione & refutatione errorum, quos

superstitio & curiositas innexit. Ad ritum ipsum quod attinet, obseruant id, quod à Filio Dei factitatum legimus. Non massulis utuntur rotundis, sed pane communi, quem frangunt ministri & distribuunt accedentibus non sine singulari animi deuotione. Hi manibus acceptum ore comedunt. Similiter poculum porrigunt omnibus, ut inde bibant. In administratione dum symbola porriguntur, Apostoli Pauli verba usurpant: panis quem frangimus communio est, &c. rati hunc optimum esse interpretem verborum Christi, de quorum sensu tot annos concertatum fuit. Ad communionem accinuntur hymni aut psalmi. Tandem totam actionem claudit gratiarum actio. Quid hic impium, ociosum, superuacaneum? Ad institutionem respice Christi. Ab his nihil discrepare animaduertes ea, quæ modo exposuimus.

N. Si vera sunt, quæ narras, non possum satis mirari Impudentiam, qui 28. Maij An. 92. Lipsiæ in templo ad Diuum Thomam in publica concione ausus est dicere, Calvinianos in communionem apponere in mensula non dissimili illis in quibus fex vini vsta venditur, cætharum vini plenum, & assidentes seque adbibendum inuitantes tantum haurire quantum cuique libeat & quidem ductim, oculi ut exillat plures, bene potos inde discedere. Hac ipsemet hisce auribus audiui, & vidi aniculas quasdam ad atrocitatem rei attonitas crucis signo vti, aurruncanda impietatis causa, non etiam nullas lacrimas guttatim profunderere. Atque eiusmodi Theologis iam Misnia Harmostis vitur, in quorum frontem pudens aliquis vix continere se possit, quin expuat. Quid putas facere eos in aliis qui non verentur ea confingere & in frequentissima oppidi celeberrimi corona vanissime effutire ea, quorum falsitas vel sutoribus & sartoribus nota est, nedum aliorum ordinum hominibus, quorum innumerabiles fermè Heidelbergam transisse, vel ibidem aliquandiu substivisse, vel saltem per Palatinatum iter fecisse, quis est qui ignoret? Philippum Macedonum regem legimus fronti cuiusdam militis, qui hospitem suum male tractarat, inurendas curasse has vocolas: HOS P ES IN GRATVS. An non rectius frons eius, de quo dixi vel incisas vel iustas præ se ferret notas hæc: CANIS IMPVDENS. Sed mitto hunc. Tu quæ restant expedi.

A. De ritibus nihil reliquum. Nam supra dixi horum in Calvinianis Ecclesiis miram esse paucitatem, quod à speciosissimis etiam abhorreat ab hominibus introductis, non à Deo præceptis ante oculos

De Eleemosynis & sepultura Caluinianorum,

habentes illud: Frustra me colunt mandatis hominum. De Eleemosynis & sepultura paucula addam, antequam ad doctrinam Caluinianam accedam, nisi tu non vis.

N. Volo equidem. Sed breuiter te absolue. Nam illuc quo me vocas festino.

A. Eleemosynarum in Palatinatu talis ratio, ut haud sciam an ulla vsquam commodior reperiatur. Magna cura aluntur & educantur pupilli, sustentantur viduae, & inprimis ministrorum Ecclesiae. Si quos domesticam egestatē profiteri pudet, illis clam subministrantur necessaria, praesertim senibus, infirmis & aliis qui nulla sua culpa pauperes sunt. Mendicorum copia tanta, quanta in nostris locis est, in Palatinatu non conspicitur. Quodlibet enim oppidum, vicus, pagus suos nutrire cogitur. Si qui aliunde adueniunt, ij ne aliis molesti sint, cum viatico dimittuntur ex vno oppido in aliud, donec territorio Palatinatus excedant. Hoc ni fiat, intra biennium credo vicina Sueuia mendicis totum Palatinatum compleat. Infueribus efferendis idem ferme seruat, quod apud nos. Hoc tantum interest, quod ministri Caluiniani in omnibus aduictorum exequiis concionari coguntur, & quidem gratis, id quod nostri neuiquam fecerint, quod hac ratione maxima stipendij parte fraudarentur. Sed iam ad dogmata Caluinianorum, ob qua inprimis multum turbatum hoc tempore in omnibus ferme Germaniae prouincijs. Ante autem quam ordiar, velim mihi significes, quo ordine me progredi & de quibus controuersis verba facere velis.

N. Vtrunq, quaestiones meae ostendent, proponenda tantum de iis qua maxime hodie agitantur. De praedestinatione primum velim exponas, quid sentiant. Nam horribilia quadam audiui de hac docteri a Caluinianis,

A. Docent propriam causam & fontē damnationis esse liberam Diabolorum & hominum voluntatem, qua se sponte sua auerterunt a Deo. Salutis autem, Electionem Dei aeternam & gratuitā, h. e. cuius nullam causam in nobis Deus prauidet, ob qua nos potius, quam alios ad Christum conuertere & per ipsum saluos facere & eripere ex communi exitio, cui omnes propter peccatum erant obnoxij.

N. Horridior videtur esse hac doctrina, & homines vel ad desperationem vel ad profanitatem adigere. Nam siue bene agant, exitio destinati, nihilominus illis ex decreto Dei pereundum est, siue male agant, vita destinati, seruantur tamen vi praedestinationis.

A. Hac obiectio ea fingit, qua euenire nunquam possunt, nec poterunt.

Sueuia mendicorum ferax

De praedestinatione doctrina Caluinianorum,

terunt. Nam soli electi respiciunt & bonis operibus student, reliqui in peccatis manent. Itaque ut impij, sic vana eorum vox, qui se seruatam iri dicunt, si electi fuerint, cuiusque se vita dedant. Nam quicumque electi sunt, Filij Dei sunt: Quod si filij Dei, inquit Apostolus, Ergo Spiritu Dei aguntur. Vide Ioan. 3. 10. 8. 9.

N. Sed duriusculum illud, quod Caluiniani docent. Deum sine respectu peccati nuda & absoluta voluntate & decreto aliquos ad damnationem ordinasse.

A. Nequaquam ita docent, Nemesi. A Deo enim damnationi addici quenquam negant, nisi propter peccatum, ac Deum ne quidem damnationem velle quatenus damnatio est, sed quatenus iusta poena.

Non autem habet locum poena, nisi ubi antecedit peccatum. Ut igitur in damnandis reprobis ostendat suam iustitiam: sic in seruandis electis misericordiam. Quia cum propter peccatum, in quod sponte erat lapsus, iustissime potuisset totum genus humanum abiicere, ex sola tamen misericordia gratuita statuit aliquos ex communi interitu eripere, ut obtineretur omne os, & omnis gloria tribuatur Deo. In hac doctrina nullus est blasphemus, horribilis & in Ecclesia non ferendus error, ut tragice clamitant Vbiq, ista.

N. Latet ceritē si non blasphemia, erroris tamen aliquid in hac doctrina, ut mihi quidem videtur. Nam si Deus vult omnes homines saluos fieri, non verisimile est, aliquos a Deo exitio destinatos esse.

A. Enuntiatio illa vniuersalis non est, sed indefinita, vel, ut Scholastici loquuntur, non singuli generum, sed genera singulorum intelligi debent. Nam quis hoc dicere ausit, Deum velle omnes, etiam in aeternitate ad extremum permanentes seruari? Si haec est voluntas patris, ut qui credit in Filium non pereat, consequitur hanc esse eiusdem voluntatem, ut qui non credit in Filium, pereat. Ioan. 6.

N. Sed vnde possum esse certus, me unum esse ex electis?

A. Ex sanctificatione in te inchoata, id est odio peccati & amore Iustitiae, ex testimonio Spiritus conscientiam tuam ita erigentis, ut confirmatus absque hesitatione statuere possis, Christum per fidem habitare in corde tuo.

N. Quid si haec testimonia fuerint languida?

A. Non ideo despondendus animus, sed recurrendum ad promissiones, quae ad omnes credentes & respicientes pertinent, & ad consolationes in verbo Dei propositas.

N. Sed ut fides mea iam plane confirmata sit, quis sponsor esse possit perseverantiae meae?

De perse-
uerantia
sanctorū.

A. Sponfor perseuerantia est omnibus electis ipse Filius Dei, cum ait: Meas oves nemo rapiet ex manu mea. Ioan. 10. Item sponfor est Apostolus: Qui bonū opus &c. Phil. 1. Dominus nouit suos 2. Tim. 2. N. Nondum satis assequor illud de perseuerantia. Non enim raro accidit, ut electi grauiter peccent, atque ita amittant fidem & Spiritum Sanctum penitus.

A. Alterum do, alterum tibi adimo. Nam horribiliter interdum labi electos etiam, extra controuersiam est: Eosdem vero propter peccata penitus vel prorsus fidem amittere, Spiritum S. totaliter & finaliter, ut loquuntur nonnulli, excutere, id uero pernego. Etsi enim tristitia afficiunt, Spiritum S. & conscientiam bonam amittunt, ac cordis puritatem, Spiritus alacritatem, consolationem, Zelum pietatis, precum & cultus Dei, una cum multis aliis donis Spiritus Sancti, non tamen penitus amittunt, Spiritum adoptionis, fidem, dilectionem Dei, & renouationem, ut uti efficacem vim & sensum horum donorum perdidisse uideantur, dum non ante conspiciantur, quam resipiscant. Atque hac de causa nunquam prorsus excidunt gratia Dei & amore, ut ex infinitis scripturae testimoniiis liquet.

N. De predestinatione satis in presentia. plura ex te audiam alio tempore. Iam quia nonnulli doctrina hinc perperam implicarunt, mirificam quaestionem de morte Christi, utrum illa ad omnes homines sine discrimine extendatur, scire a meo, quid Calviniani de hac quaestione sentiant. Sed antequam hoc fiat, uelim exponas statum causae in hac controuersia ab Ubiquitariis aduersus Calvinianos mota.

A. Christum pro omnibus hominibus mortuum esse, utraque pars fatetur. De modo hic est, quo pacto Christus pro omnibus mortuus sit, Ubiquitarij sine discrimine pro omnibus mortuum esse contendunt, quotquot ab initio mundi uixerunt, & ad finem eiusdem uicturi sunt, nullo excepto, siue credat, siue non credat: & quidem ita mortuum, ut re ipsa & efficaciter à morte liberati sint, & mundati à peccatis, in gratiam recepti, sanctificati & saluati omnes, ut dixi, sine discrimine, à Deo, scelerati, flagitiosi, Cain, Iudas, Nero, Caligula, Heliogabalus, Turca, Canibali &c. Hanc absurdissimam thesīm & profanissimam ut tueri possint, commenti sunt duplicem peccatorum remissionem, generalem & specialem. Status igitur causae hic est: Utrum Christus morte sua omnes impios, maledictos & condemnatos aequè ac electos, credentes & filios Dei sanctos in sinum gratia

gratia diuina collocarit, mundarit, sanctificarit, saluarit? Neque enim hic est de dignitate & uirtute mortis Christi, sed de efficacia & fructu eius, An ad omnes pertineant, vel ad totum genus humanum, quod sacra litera diuidunt in duos quasi cœtus. In primo numerantur omnes electi & credentes, quotquot ab initio mundi usque ad finem & fuerunt & futuri sunt: In altero continentur omnes à Deo, Iudaei, Turca, haeretici, hypocritae, porci & Canes appellati à Domino Matth. 7. De primo cœtu utraq; pars idem dicit, De altero queritur, id quod paulo ante commemorauimus. Calviniani testimoniiis scripturae luculentis euidentissimè probant ad credentes solus efficaciam mortis Christi pertinere, Ioan. 17. 9. 10. 17. 26. Ioan. 3. 26. 2. Tim. 2. 46. Matth. 7. 23. Act. 26. 17. & absurditates demonstrat ex horribili hoc dogmate p̄deuntes, q̄ breuib. uerbis Huber. in Theisibus suis 65. 133. 270. ita expressit: Pater caelestis propter Christi mortem re ipsa totum genus humanum in gratiam & sinum suum recepit: adeo ut omnibus ex aequo sint condonata peccata: siue credant siue non, & omnes etiam reprobis aequè saluati sint ac quilibet alij, etsi propter nequitiam suam iterum condemnantur. Ex prodigiosa hac opinione, errorum series deriuatur prope modum innumerabilis. Tollitur peccatum originis, Ludibrio r̄ponuntur promissiones factae credentibus, Aboletur Baptismus, salus statuitur extra Ecclesiam, ut iam nullum discrimen sit intr̄ Turcas & christianos inter Neronem & Paulum. Turcarū & Atheorum liberis plus tribuitur quàm Christianorum, quos ante baptismum à gratia Dei excludunt, eosdemq; a primo statim ortu spiritualiter obsessos à diabulo esse asserunt. Tollitur consolatio reorum, quae nulla est, cum qui hodie sunt, in gratia Dei, cras ea excidere possunt. Epicureismus introducitur. Si enim efficacia mortis Christi etiam porcis deteriores recipiuntur in gratia Dei, quid opus fide, quid poenitentia ad salutem consequendam? Corruit illud Apostoli: Impossibile est Deo placere sine fide. Mendacij arguitur Filius Dei, cum ait, Qui non credit, super hunc manet ira Dei, peccatorum seruus constituitur Christus, qui omnes Epicureos & atheos gratia Dei inserat. Mutabilitatis in fide accusatur Deus, qui cum semel omnes homines morte Christi liberarit, maiorem tamen partem iterum condemnet, cum vel nolit, vel nequeat primam illam gratiam & salutem seruare. Quid horribilius illa uoce degeneris Heluetij, Quod pater caelestis totum genus humanum (in quo etiam erant impurissimi Sodomitae) re ipsa, uerè & indubitanter in gratiam & sinum suum receperit? Quid stolidius, quid terrius illa?

Portenta
opinionis
singentis
remissio-
nem pecca-
torum ge-
neralem.

Impios non condemnari propter peccata sua (propter libidines, adulteria, periuria &c.) Sed tantum propter avaritiam? Quae si unica causa est condemnationis, sequitur infantes Iudeorum, Turcarum, aliorum qui de Christo nihil audierunt, nihil noverunt, salute aeterna donari. Paucula haec sunt de multis portentis, quae blasphemum illud dogma gignit: Cuius credo Tubingenses ipsos pudet. Ideo lubentes dimiserunt Huberum, ut alibi potius quam Tubinge pro tam execrabili opinione propugnet. Latere VViteberga & triumphata. Habes egregia ornamenta Hunium & Huberum, quorum alter Vbi-quitatem corporis, alter generalem peccatorum remissionem, communem electis & reprobis defendit, par haereticorum nobile, quorum neuter alteri audacia & absurditate cedit: alter carnis substantia replet poma, pyra, arbores, cantharos cerevisiariorum. Alter remissionem peccatorum tam ad fideles, quam ad Turcas, atheos, Epicureos extendit. Atque eiusmodi doctores iam vulgus suscipit, adorat. Nobilitas equis curribusque comitatur, deducit, introducit maiori ferme cum pompa quam ipsos principes, posteritas haec legens pluribus se crucibus signabit, quam anicula Lipsenses audita mirifica illa concione, cuius supra mentio facta.

Hunnius & Huberus ornamenta Acad. VVitebergensis.

Theologus Vbi quariis maior prope honor habetur in Misnia quae ipsis principibus. Remissionem peccatorum Calviniani tantum ad credentes & respicientes restringunt.

De baptismo,

N. Cohorru ad ea, quae commemorata sunt. Quantum igitur ex antithesi intelligo, Calviniani docent, Remissionem peccatorum, Instaurant, vitam aeternam Christi sanguine, & morte partam efficaciter illis tantum tribui, & re ipsa, qui credunt. Nam, per fidem, vitam & resurrectionis Christi remissionem consequimur peccatorum, liberamur a morte & diaboli laqueis, mundamur, sanctificamur, ac reconciliati cum Deo vita aeterna donamur. promissiones Evangelii penitentiam requirunt & fidem. Tantum igitur ad credentes referuntur & respicientes, & a beneficiis mortis Christi nominati excluduntur, qui fide carent, & contra conscientiam in flagitiis voluntantur, quibus tantum abest, ut aliquid promittat. Evangelium, ut etiam comminetur gravissimas poenas & aeternam condemnationem. Hi filij Dei non sunt, Sed Diaboli. Hereditate igitur arcentur parata electis tantum & credentibus: hos dominus novit tanquam suos. Illos pro suis, ut ipse fatetur, nunquam agnovit, neque agnoscat in aeternum. Sed pergamus Agatho ad alia. De baptismo etiam perperam multa doceri a Calvinianis nostri clamitant.

A. Ostende Nemesi paucis quorum errorum eos insimulent.

N. Negare Calvinianos aiunt baptismi aquam peculiarem habere vim & efficaciam ad regenerationem. Item eosdem affirmare quod

Idololatricum sit aqua eiusmodi vim attribuere.

A. Nihil hic erroris video, quia scriptura clamat, nos tantum Christi sanguine a peccatis mundari, & regenerationis effectum tantum esse opus Spiritus Sancti. Occultam igitur vim aliquam vel mundandi vel regenerandi aqua, ut ipsi loquuntur affigere & annexere Scholasticorum commotum est iam pridem explosum, quippe cuius confirmatio ex sacris literis peti nequit, & Idololatriam manifestam redolet, nisi Sacramentalis adhibeatur metonymia: ut taceam fulciri hoc ipso a pontificiis introductum opus operatum, & opinionem illam pharisaicam, qua plebis animos pastores ipsi (pro dolor) fascinat, dum docent, vim regenerationis, immo Spiritum S. tanquam Sacramenti partem essentialem sub vel in aqua latere, ita ut omnes ea tincti necessario percipiant inclusam etiam vim regenerationis, immo Spiritum S. ipsum, siue credant siue non credant. Iam quod quidam concedunt, recte dici nos sanguine Christi & Spiritu Sancto mundari a peccatis, non tamen hoc fieri sine interveniente externa illa cerimonia baptismi: id explicatione indiget. Spiritus S. ad media illa externa alligatus non est. Nam si ita sit, pereant, omnes qui ante baptismum moriuntur: Id quod de Infantibus fidelium & martyribus nemo verè dixerit. Fatentur Calviniani mundationem fieri per media: fatentur etiam Sacramenta esse media, quibus S. S. utitur, sed tam proprie mundationem attribui baptismi, vel aqua baptismi, quam sanguini Christi, id vero ut a doctrina veritatis abhorrens reiciunt. Valde autem ridiculum est a nonnullis affirmari, quod Calviniani duas integros baptismos fingant, cum in uno baptismo duplicem abluitionem esse dicunt, quarum prior alteram representet, ut Catechumenis etiam notum est.

N. Hoc tamen Agatho negare non potes, quod doceant Calviniani lauacrum illud externum significare tantum peccatorum remissionem.

A. Vocula (Tantum) calumniosè additur. Etsi enim non negat per baptismum, ut per Sacramentum significari abluitionem animae, hoc tamen addunt, ad illam significationem adiungi veram & efficacem perceptionem & possessionem beneficiorum Christi, quae offeruntur in baptismo credentibus & respicientibus.

N. De baptismo Infantium quid statuerunt Calviniani?

A. Salutarem hunc esse infantibus. Siquidem ob signatur illis adoptio & foedus Dei, itemque communicatio Ecclesiae. Habent, illos omnes per electis, canone, ut Lutherus locutus est, caritatis, non fidei, donec con-

Calviniani non fingunt duos baptismos sed unius baptismi duas partes.

De baptismo infantium.

trarium innotescat. De fide eorundem mira est doctorum in Ecclesia discrepantia. Calviniani etsi illum fidei habitum, qui in adultis fidelibus inest, affirmare non audent, in infantibus quoque inesse: sic omnino statuunt, habere eos nihilominus Spiritum Sanctum autorem fidei.

N. De baptismo etiam satis. Nam de Exercismo non est opus, ut aliquid addas, cum supra breuiter ostenderit, quantum illi iribuant Calviniani. Accede ad Coenam Domini.

A. Antequam de ea aliquid disseram, praemittam confessionem Calvinianorum de persona Christi, in primis hac de causa, quod notum sit, ad praesentiam corporis in pane probandam, Vbiquitatem adhiberi, qua natura humana veritas tollitur. Nullam autem aliam confessionem habent, quam eam, qua in symbolo Chalcedonense expressa est: Vnum & eundem confitentur filium Dominum nostrum Iesum Christum, perfectum in Diuinitate, & eundem perfectum in humanitate: Verum Deum & verum hominem: eundem ex rationali anima & corpore: Coessentialem patri secundum diuinitatem & coessentialem nobis secundum humanitatem, per omnia nobis similem, demto peccato: ante secula genitum ex patre secundum diuinitatem: postremis vero diebus propter nos & propter nostram salutem ex Maria virgine & Deipara secundum humanitatem: unum & eundem Iesum Christum filium Dei, dominum & unigenitum, in duabus naturis Inconfuse, Inconuerbibiliter, Indiuulise & Inseparabiliter manifestatum: haud quaquam differentia naturarum propter unitatem sublata, sed magis utriusque naturam in unam personam & unam hypostasim concurrentis proprietate seruata: non ut in duas personas bipertiatur aut diuidatur, sed ut sit vnus & idem filius unigenitus, Deus verbum & Dominus noster Iesus Christus, sicut de illo olim propheta vaticinatus, sicut, & ipse nos Christus instruxit, & patrum nostrorum symbolum tradidit. Hac confessio si olim Ecclesia Catholica symbolum fuit, & adhuc est, qui sit, ut eandem retinentes Calviniani pro Christianis non habeantur? Ostendat. Huius, quem articulum huius confessionis Calviniani deprauarint: nominet autorem, nominet librum. Non potest, non audet. Ad Calviniani ostenderunt satis superque totam hoc symbolum Chalcedonense ab Hunio & ipsius sodalio euerit & aboleri. proferat vel unum Iota ex sacris literis, quo probetur naturam humanam in Christo illocalem esse, ut ipse loquitur. At infinita testimonia extant, quibus confirmatur contrarium.

De persona Christi Calviniani idem docent, quod Symboli Chalcedonense

Audi Vbi quista.

N. In

N. In hac controuersia nolo te diutius immorari. Num vel caeco apparet Vbiquitarios, etsi interdum dicis causa huius symboli mentionem faciunt, respicit tamen ea tradere qua ex diametro cum eode pugnans. Qua fronte, vel potius qua fide, filium Dei in duabus naturis ἀσυγχύτως, inconfuse, manifestatum confiteri potest is, qui vnus natura proprietates essentialis realiter alteri communes facit? Differentiam naturarum qua ratione retinebit is, qui tam humanam, quam diuinam naturam omnipotentem & omnipotentem esse dicit? Sed perge tu & breuiter confessionem Calvinianorum de Coena Domini expone.

A. Coenam Domini sic definiunt, quod sit distributio & sumtio panis & vini mandata a Christo fidelibus, & instituta, ut his symbolis testetur, se corpus suum pro eis in mortem tradidisse, & sanguinem fudisse, & hac eis dare manducanda & bibenda in cibum ac potum vitae aeternae: & se velle in eis habitare, eosque viuificare ac regere in aeternum. Huius definitionis veritas demonstratur ex articulo Incarnationis. Cum enim filius Dei assumeret naturam, verè humanam, nobis per omnia aequalem, demto peccato, neutiquam statuendum est, corpus eius simul tum ad mensam sedisse visibile, & inuisibile fuisse in pane: vel nunc simul & in caelo versari visibiliter, & inuisibiliter in pane omnibusque locis, quibus caena Domini celebratur, in terra existere. Demonstratur item ex articulo Ascensionis. Si enim sublatus est suo corpore sursum de terra supra caelos visibiles, ita ut corpus eius non manserit in terra, neque iam sit, sed in caelo, unde rediturum expectamus, neutiquam corpus eius in pane est. Neque tamen ideo ex caena tollitur, quia in verbo promissionis & caena Symbolis annexis fides nostra corpus & sanguinem, omniaque beneficia Christi presentissima intuetur & amplectitur. Nullius autem momenti est aduersariorum obiectio, qua contendunt, reuera corporalem illam in pane praesentiam cum articulis fidei non pugnare, sed tantum opinione rationis humana. Neque enim sola ratio, sed etiam fides Christiana iudicat, & verbum Dei docet, corpus Christi verè humanum ac finitum corpus esse, nec simul in omnibus vel pluribus locis existere, & nunc postquam ad caelos ascendit, ad finem mundi usque non in terra, sed in caelo esse ac manere usque ad tempus restitutionis omnium. Jam quod de omnipotentia assertur, responsum iam pridem est, Christum, non solum esse omnipotentem, sed etiam Veracem. Non igitur ad euer-

Vbiquitaria à Symbolo Chalcedonensi discedunt.

De Coena Domini. Definitio Coena g. rationibus confirmatur.

I.

II.

Aduers. obiectio

Act. 3.

Aduers. obiectio.

confirmandos & implendos eos omnipotentiam suam exerit. Præterea si de promissione eius, quod Vbiq̄itarij fingunt, constaret, nemō illis licet de omnipotentia moueret. Iam ubi promissa veri ac naturalis corporis presentia & manducatio in pane? Faciunt etiam mentionem interdum prerogatiuorum corporis Christi. Sed illæ proprietates essentialis non abolent, vt taceam quòd illarum & Vbiq̄itatis diuersissima sit ratio, cum hac in nullam creaturam cadat, sed certum sit Deitatis argumentum. Addunt Calviniani aliam demonstrationem sumptam ex communionem sanctorum cū Christo. Si enim illa non est corporalis, sed spiritalis, qua per fidem Christi & omnium beneficiorum eius sumus participes: procul dubio spiritalis etiam erit manducatio. Nam in dubium vocari non potest, non aliter Christum à nobis manducari, quam ipse manducatus in nobis manet & habitat. Inhabitat autem Christus per fidem in cordibus nostris, ergo etiam fide manducatur. Huic affinis illa, qua ducitur ex communionem eadem omnium sanctorum cum Christo: qua certè olim antequam Christus homo natus esset, alia quàm spiritalis cum ipso esse non potuit. neque igitur nunc erit alia, quòd Christus non aliter tam in nobis habitet, quàm semper habitat in sanctis omnibus, quotquot vnquam seruati sunt. Adinungunt aliam ex articulo de remissione peccatorum, qua aduersariorum stante opinione (qua præclare pontificiorum oblatio stabilitur) propter Christum in pane lauentem petenda esset, non propter Christum, qui nunc in coelo ad dextram Dei pro nobis apparet. Quemadmodum autem, vt modo dictum, presentia corporalis in pane oblationem pontificiam cõfirmat: Sic adorationem Idololatricam ad panem optima forma introducit. Si enim Christus in pane corporaliter inuisibili modo adest, omnino ad eum est innocandus, iuxta præceptum: Adorabis Dominum Deum tuum. Ceterum definitionem supra positam non tantum analogia articulum fidei tuetur, verum etiam natura omnium Sacramentorum, in quibus nomina vel proprietates rerum tribuuntur Symbolis, ita vt non significetur exhibitio rerum corporalis, sed analogia & coniunctio sacramentalis rerum & signorum in legitimo vsu. Igitur hæc verba: Hoc est corpus, & Hoc est sanguis meus, non presentia corporis in pane, & sanguinis in vino, sed sacramentalem rerum signatarum cum signis coniunctionem & exhibitionem significant. Præterea in omni Sacramento diuersa est res signata & signi sumtio: huius nempe corporalis, illius Spiritalis: vt res in baptismo manifesta est. Cur igitur in cœna aliter statuendum? præsertim cum phrasæ Sacramentales,

cramentales, qualis hæc est: Hoc est corpus meum, sacramentaliter intelligenda sint, vel per metonymiam Sacramentalem: cuius interpretatio ex ipsis verbis Christi plana est, cum inquit, Hoc facite, id est, hunc panem edite & poculum hoc bibite in mei recordationem, id est, vt eo admoneamini & confirmemini Corpus & sanguinem meum pro vobis esse traditum & fustum, ac dari vobis in cibum & potum vite æternæ. Iam cuius stoliditatis propugnare pro ea re, cuius promissio in scripturis nulla extat? oralis autem corporis manducatio sine crassa sine subtilis tantum abest vt promissa sit, vt etiam à Christo ipso reiiciatur & refutetur Ioan. 6. gemino quidem argumento. Primum quia corpus suum in cœlum paulo post esset euecturus, ideoque non corporaliter, sed spiritaliter illud nobis manducandum esset daturus. Deinde quia corporalis esus sua carnis nihil profuturus esset nobis, ac proinde minimè ab ipso expectandus. Accedit & hoc, quòd oralis manducatio neque signum neque signatum est in cœna. Signum esse non potest, quia neque habet quod significet, neque subiecta est sensibus, vt oportet esse signa gratiæ. Signatum multo minus, quia nusquam promissa est corporalis cõmixtio carnis Christi cum corporibus nostris, nec vlla talis esse potest, nisi Erythetis & Schvvenckfeldij deliria recipiantur. Iam cum res signata in Sacramentis sola fide à pijs sumantur, oralis autem manducatio dicatur fieri absq̄ fide, & esse pijs iuxta atq̄ impijs communis, cuius patet, signatorum numero illam excludi. Et verè excludi etiã hoc ostendit, quòd si esset res signata, nempe Christus cum beneficijs suis, nemo sine ea seruatus esset aut seruaretur. Quis aut hoc dederit etiã ex ipsis Vbiq̄itarijs? Quibus quo pacto corporalis māducatio Christi Symbolum sit spiritalis cõmunicationis Christi, & fidei nostræ singularis cõfirmatio, non dū intelligere potui. Nā panem esse symbolū hoc iam pridem didici. Christus enim in sui recordatione & fidei nostræ cõfirmationem non iubet corpus suum inuisibiliter ore manducare, sed hoc ipsum facere, quòd ipse fecerat & dixerat, nepe hunc panem edere, & hoc poculum bibere cum gratiarū actione. Et Paulus non inuisibile corpus, sed visibilem & fractum panem vocat κοινωvια, i. Symbolum κοινωvιας corporis Christi. Idē exponens verba Christi, Hoc facite in mei recordationem, nos iubet mortē Domini annunciare, quotiescunque comederimus, nō corpus inuisibile in pane, sed de pane hoc &c. Porro si eadem cõmunitio Christi, qua in verbo promittitur, etiam in cœna obsignatur, ex superioribus liquet, nō corporale illā esse sed spiritalē in cœna. Postremo si in omnibus Sacramentis viri usq̄

Oralis māducationis nulla promissio extat. Oralismāducatio ab ipso filio Dei reiicitur. Oralismāducatio neque signū neque signatū est,

Corporalis māducatio Christi Vbiq̄itaris est Symbolū cõmunicationis Christi sed falsū & perperam.

Testamenti est eadē Christi communio, quam per Spiritum eius & veram in eū fide adipiscimur, cur iā in cœna talis comunio fingitur, quæ fidelibus omnibus non sit cōmunis, neq; fiat in omnibus Sacramētis, h. e. quæ sit corporalis & oralis esus corporis Christi? Nā quod quidā in Cœna cōmunicantur peculiarē quādam communionem, quæ sit corporalis manducatio, id, neq; recto neq; ordine sit, quia genus & specie opponit ut contraria, cū sint v. a. d. n. a. Propria ergo cuiusq; Sacramēti institutio non tollit, sed supponit & cōfirmat generalē Sacramentorū doctrinā de obligatione promissionis gratiæ seu spiritualis cōmunionis per ea. Diuersam cōmunionē nōnulli statuerūt esse in baptismo & Cœnā, sed errāt. Nā Christū induere, lauare Christi sanguine & Spiritu: Et corpore ac sanguine eius pasci, idē beneficij genus est. Virūq; enim est vera in Christū fide per & propter effusione sanguinis eius remissionē peccatorū accipere, & Spiritu eius donari, ipsique inseri & conformē fieri, quæ est ipsa spiritualis Christi cōmunio. Modus significandi diuersus est. Addo adhuc vnū argumentū. Corpus & sanguinē Christi itā spiritualiter fide percipi, inde patet, quod quicquid solis credentibus, non impiis & hypocritis, promittitur, ac datur in Sacramētis, id procul dubio spirituale est, & non nisi vera fide accipiunt. Vbi igitur locus mādicationi orali corporis? Hactenus de natura omnium Sacramentorum. Iā præter analogiam articulorum fidei, & naturam Sacramentorum etiā contextus ipse definitionē cœnæ egregie cōfirmat & illustrat. Christus in prima Cœna manibus accepit & fregit panem, non corpus suum. Panis ergo non est propriē corpus Christi. Ac perperam gloriantur Papiſtæ, & Vbiquitarij, cum illi dicant, sub specie panis, h. e. sub pane latere corpus. Viriq; enim hoc dicunt, corpus meum inuisibile sub hoc (sine pane sine specie panis) latēs est corpus meum. Atqui Christus dixit, panem esse corpus suum; non corpus sub pane esse, vel corpus esse corpus. Præterea si panis propriē & realiter sit corpus Domini, sequatur necesse est, ut panis sit pro nobis in cruce traditus: nā corpus pro nobis traditum esse omnes Christiani fatentur. Quid autē hac cōsecutione fingi potest absurdius vel profanius? Porro quemadmodum poculum nouum Testamentū est Sacramētali Metonymia (nā poculum vel vinum in poculo, quod ore bibitur, propriē nouum Testamentū esse nequit, cum hoc tantum corde credatur) ita panis eadē Sacramētali Metonymia est corpus Christi, nō propriē. Quod etiā hinc ostendi potest, quod si panis propriē est corpus, & poculum propriē est sanguis, omnino necesse sit, & in prima cœna sanguinem fuisse separatū a corpore

Non est diuersa comunio in baptismo & Cœna.

Modus significandi diuersus est

VII.

Papista & Vbiquitarij frustra gloriantur nec tē pnt.

I.

II.

III.

IV.

corpore (id quod factū non est, ut norunt fideles) & nūc separatū vtrūq; nobis exhiberi. Quis autē ex Christianis dicat, nūc corpus Christi ex angue in pane nobis exhiberi? Latet etiā in corporali presentia aliud quippiā horribilius. Posita enim hac in pane & vino, vel ponēda est papistica cōcomitātia, quæ est basis sacrilegij de surrepto calice, vel cōcedēda corporis & sanguinis distractio, h. e. noua crucifixio. Ceterū ex cōtextu verborū manifestū est, etiā Christū comedisse de pane illo, & de poculo illo bibisse. Quis igitur ita insaniat, ut dicat Christū serpsū comedisse & bibisse? quod omnino dicēdū esset, si pprie verba Cœnæ & nō Sacramētali ter intelligerentur. Audi hic Chrysoſtomū in Matt. homil. 23. ita scribentē: Ipse quoq; bibit ex eo: ne auditis, verbis illis diceret: quid igitur sanguinē bibimus? & carnē comedimus? & ideo perturbarentur. Nā & quando prius de his verba fecit multi solūmodo propter verba scandalū passi sunt. Ne igitur id tunc quoq; accideret, primus ipse hoc fecit, ut tranquillo animo ad cōmunionem mysteriorū accederet. Ad hac omnia accedit & hoc, quod in verbis Christi legimus, Sacramētū hoc instituisse eum ad sui recordationē. Recordatio autē non certē est corporaliter presentia, sed absentia. At Christū corporaliter non adesse etiā Apostolus indicat, qui iubet hoc facere donēc veniat. Porro ad cōprobationē definitionis adhibēda etiā similitū, i. Sacramētaliū phrasū interpretatio. Iā circūciso fœdus Dei appellatur & signū fœderis. Agnus trāſitus Iehouæ, & pnyubowov trāſitus, Sabbathū est fœdus & signū fœderis: Cur igitur impia sit interpretatio, si dicatur iocodwapeiv, panis est Corpus, & panis est signū Corporis, Baptismus est ablutio peccatorū, & baptismus est signū ablutiois peccatorū? Præterea, quod dicit poculū nouū Testamentū in meo sanguine, nō potest nisi per Synecdochē & Metonymiā intelligi, hoc modo: vinū in poculo est Sacramētū Noui Testamenti seu fœderis, nō hic corū, sed meo sanguine sanciti. Nouū Testamentū autē seu fœdus nō est corporalis haustio sanguinis Christi, sed reconciliatio cū Deo per & ppter effusum Christi sanguinē in remissionē peccatorū. Eodē modo verba Cœnæ: Hoc est corpus meū, nō orale corporis esū pmittit, sed spirituale xoiwovia seu recōciliationē cū Deo ppter Christi corpus pro nobis traditū. Ceterū cum Paulus ait: panis, quē frangimus, nonne cōmunio est corporis Christi? hac verba Pauli orthodoxa antiquitas de spirituali xoiwovia intellexit. Non igitur sumtio corporalis hic locū habet. Panis autē ille comunio corporis tantum fidelibus est, nam de illis Paulus loquitur, cum ait: quotquot de vno pane participant, sunt vnus panis, vnum corpus. non loquitur de hypocritis & infidelibus, qui ore quidem participant de pane sed absq; fide.

Quæ absurda confectur cor-poralem in pane præsentiam.

VIII. Gen. 17.



Hac breuiter de definitione afferre volui: quibus egregiè suffragatur veterù Ecclesia doctorum autoritas, ut patet ex orthodoxo cōsensu à Calvinianis edito. Miror qua frōte Vbiquitarij legant Nazianzenū vocantem panem ἀρτίστονον corporis Christi: & alibi typos nostrū salutis. Basiliū, appellantē monimēta passionis Christi. Ambrosium, dicentē, pane corpus significari, & esse figuram corporis & sanguinis Christi. Chrysoſtomum, cœnā esse mortis Christi symbolum ac signum. Hoc sacrificium esse exemplar illius quod in cruce factum est. Panem & Vinum similitudinem esse corporis & sanguinis. Omitto Gelasium, Bedam, Bertramū, Cyprianum, Augustinum, qui omnes duplicem manducationem agnoscunt in cœna: Vnam sacramentalem, visibilem, quæ sit ore, & est signi videlicet panis: alteram inuisibilem spiritualem, quæ sit per fidem in corde, videlicet ipsius corporis Christi: fidelibus vtramque tribuunt: infidelibus solam primā. quod altera tantum fide fieri possit. Hac de doctrina fermē habui, Nemesi, quæ Heidelbergæ animaduertere potui, & in Ecclesia & Repub. geri audiri & vidi. Iam obtestor te per amorē veritatis, ut liberè indices, quid indices de turbis illis, de condēnationibus, cōniciis, insectationibus, rixis, contentionibus, quibus omnia perstreperūt. Ego quidē non video, cur tātum laboris suscipiatur, tantū sumtuum (de quorū magnitudine nō modo querela sed etiā concertationes perhibētur orta) impendatur, tot cōuentus, tot vſitationes instituuntur ad opprimendos & exterminādos Calvinianos. Ad vitā quod attinet, honestatis et virtutis studio conantur ostendere, se Christianos esse re, non nomine, etſi etiam in ipsorum cœnibus exempla infirmitatis humana occurrunt. In doctrina nihil non orthodoxum, ut confessiones testantur in tot regnis edita. Ecclesiastici docent, politici vel Respubl. administrant vel contra Antichristum pro religione & libertate pugnant, & suo sanguine seruitutis iugum & vim depellant.

Electo
Christia-
nus multū
vidit,

N. Apertè fateor Agatho, me qui antea non planè alienus fuerim à Calvinianis, ex tua narratione factum esse illis amicissimum. Ac miseret me gentis nostra, quæ graues pœnas sibi arcessit tam ingrātè aspersione veritatis lucem. Multum vidit, ut sentiet & intelliget posteritas, pia mens Electoris Christiani, cuius memoriam qui extirpatam volunt, ne illi frustra sunt. Vigebit enim & florebit, quamdiu Christianorum genus in Germania erit. Affligant, expellant, multent carcere, exiliis, pœnis, quos volent, componant libellos famosos, comœdias, versus; nunquam tamen efficiant, ut ex quatuor Miris, quinque Hunnis, Sex Huberis, Nonem Myliis in unam massam

con-

conflatis emergat, vnus vel Philippus, vel Oecolampadius, vel Calvinus, singuli digniores aurea corona, quàm quilibet ex illa natione sordido pileolo. Atque hoc dico non respiciens ad doctrinam summorum illorum virorum, quæ fuit in omni genere scientiarū excimia, sed ad reliquas virtutes, pietatem, humanitatem, modestiam, temperantiam, sobrietatem, benignitatem, industriam, candorem, quietis studium, in laboribus perferendis alacritatem: quibus omnibus optarim equidem, eos, quos paulo antè nominavi, pares esse vel Philippo soli, sed valdè metuo, ut sint, præsertim Huberus. Nam in Hunnio aliquid eruditionis, in Mylio leporis, in Miro candoris præsertim in fatis: in Hubero quid sit, breui scient VVitebergenses. Sunt, qui affirmant, drama quoddam esse concinnatum a leuiculo nescio quo amatore mulierum, in quo dramate Philippus virgis castigetur. Prodeat illud drama in lucem. Erunt, qui famam innocentiſſimi hominis defendent, & non virgis, sed fustibus elignis dolabunt latera, & lumbos versifici illius adulterini. Si impium est vestro iudicio, Vbiquitarij, etiam atque etiam videte, quid respensuri olim sitis viris illis sanctissimis & martyribus gloriosis, qui veritatem huius doctrina sanguine suo obſignauerunt. Ego deinceps, quos potero, monebo, ut sibi a condēnationibus intempestiuis caueant, ne aliorum peccatorum, socij fiant. Calvinianorum scripta, quibus rationibus potero, diuulgabo, & communicabo cum aliis vel clam, si necesse sit, vel palam. Edicta illa, quibus tabernis Bibliopolarum euiciuntur Calvinianorum libri, non multum valent, ut inter bibliopolas Calvinianos corypheus mihi ipse narrauit. Nunquam enim plus librorum aiebat se vendidisse, quàm eo tempore, quo vetitum fuit illos cœmi. Animus hominis generosus est, rationibus duci & erudiri, non vi & minis cori vult. At Misita non abolebit illud vetus, Nitimur in vetitum, semper cupimusq. negata.

Animus
hominis
generosus
est, ratio-
nibus duci
& erudiri,
non vi &
minis cori
vult.

A. Non abolebit mi Nemesi. Edicta illa quid censentur? Per totam fermē Germaniam, qui paulo sunt moderatiores, humaniores, eruditiores, Calvinianis si non apertè, occultò tamen suffragantur, id quod Theologos aduersarios non latet. Idcirco quia ponderare nequeunt, numero superare student: quod sanè facillimum est, cum omnibus temporibus & locis plus profanorum fuerit, quàm piorum hominum. Perquam autem ridiculum est, gratias Deo publicè actas esse, finita vſitatione, pro Cal-

Vbiquita-
rij numero
superat nō
ponderare,

Ridicula *uiniſmi exterminatione. Neceſſe enim eſt, ut ſi non his uerbis, Vbiquita- riorumgra- tiarũ actio* *ſaltem hoc ſenſu concepta fuerint: Agimus tibi gratias, ò Deus, quòd clementer nos iuueris in eradicanda illa doctrina, quam* *Caluinia- articulus tertius in Confessione Auguſtana ita expreſſit: Do- ni idem do- cent, quòd uerbum, hoc eſt, Filius Dei aſſuſerit humanam naturam, in utero beate Mariae uirginis, ut ſint dua natura, Diuina & Humana, in unitate perſona inſeparabiliter coniuncta; vnus Chriſtus uerè Deus & uerè homo, natus ex Maria uirgine, uerè paſſus, crucifixus, mortuus & ſepultus, ut reconciliaret nobis patrem, & hoſtia eſſet non tantum pro culpa originis, ſed etiam pro omnibus actualibus hominum peccatis. Idem deſcendit ad inferos, & uerè reſurrexit tertia die, deinde aſcendit ad celos, ut ſedeat ad dextram patris, & perpetuò regnet, ac dominetur omnibus creaturis, ſanctificet credentes in ipſum, miſo in corda eorum Spiritu Sancto, qui regat, conſoletur ac uiniſicet eos, ac defendat aduerſus Diabolum & vim peccati. Idem Chriſtus palam eſt rediturus, ut iudicet uiuos & mortuos. Hanc enim doctrinam ut ueram & orthodoxam ſemper profeſi ſunt, & profitetur, & profitebuntur Caluiniani. Abducent igitur ipſam Auguſtanam Confessionem, & ſubſtituant formulam Concordiae & Confessionis & Apologiae deprauatricem, non correctricem. ſam uerba articuli decimi in editione confessionis emendata, haec ſunt: De Coena Domini docent, quòd cum pane & uino uerè exhibeantur corpus & ſanguis Chriſti ueſcentibus in Coena. Nihil hic offendet Caluinianos. Chriſtus enim uerè exhibet & offert uerum corpus & ſanguinem ſuum pro nobis traditum & effuſum una cum pane & uino, non quidem loco ſed tempore coniungens, & ſimul dans nobis fidelibus, Symbola miniſtrorum, corpus & ſanguinem ſua ipſius manu, hoc eſt, Spiritus ſui uirtute per Symbola efficacia, & fidem accendentis in cordibus. Haec doctrina ſi exploditur, Chriſtianismus ipſe tollitur. Quid dicet aliquando poſteritas, ubi cognoscet, eos tanquam hereticos fuiſſe condemnatos, qui ſola fide ſe iuſtificari ſtatuerunt, qui remiſſionem peccatorum tantum ad credentes & reſipiſcentes pertinere contendunt, & electos nunquam perire proſus, nunquam è manu Chriſti eripi aſſerunt? In quorum doctrina non ab hominibus, ſed è ſcriptura ſumta aliud auditur nihil, niſi quòd humanos faciat, niſi quòd mites, uerēcundos, pudicos, caſtos. An ideo coelum cum terra miſcendum, quòd Vbiquitatis portentum improbent. Caluiniani*

uiniſiani, quòd negent, carnem filij Dei in gloria coeleſti reſidentis, & omnia gubernantis ore comedi? quòd negent remiſſionem peccatorum pertinere ad Atheos & nulla fide praditos? quòd negent electos poſſe excidere penitus gratia Dei? Videt haec Deus, & ſuo tempore vindicabit. Nos quid aliud poſſumus, quam deplorare miſerum ſtatum Eccleſiae, & precari, ut redeat miſeris, abeat fortuna ſuperbis.

F I N I S.

